

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3. De potestate quam Christus habuit in sacramentis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

**¶** Nota. hic, quod  
haec ratio directe, &  
formaliter licet non  
estimeretur a neganti-  
bus uitutes in sacra-  
mentis, equivalenter  
tamen haec ratio om-  
parum ante nos conuincit, con-  
fidentes sacramenta  
conferre gratiam si-  
ue per uitrum in  
eis, sive per diuinam  
assistentiam solam,  
quoniam par est ra-  
tio de uitute instru-  
menti, si ponatur uis  
aliqua in eo, & si po-  
natur abusus huius-  
modi uis efficax, quia  
efficacia instrumenti  
ad huiusmodi spiri-  
tualem effectum no-  
nisi a Deo, non nisi  
ab instrumento signu-  
lum effectus potest: qua-  
doquidem a mini-  
stro utente solum,  
confitit esse non pos-  
se: quia minister tan-  
tum est, ut in litera  
dicatur.

**¶ Lib. 21. cap. 6.** Art. 2. art. 5.

**¶ 3** Præter. Apostoli uicem Dei ges-  
serunt in terris: unde apostolus  
dicit secundum ad Corinth. 2. nam  
& ego quod donau, si quid dona-  
ui propter nos in persona Christi,  
idest ac si ipse Christus dona-  
fuit, sic ergo uidetur quod Apo-  
stoli & eorum successores pos-  
sint nota sacramenta instituere.

**SED CONTRA** est, quod ille in-  
stituit aliquid, qui dat ei robur &  
uitutem, sicut pater de institu-  
toribus legum: sed virtus sacramenti est a solo Deo,  
ut pater ex prædictis. ergo solus Deus potest insti-  
tuire sacramentum.

**Art. præc.** **RESPON.** Dicendum, quod sicut ex supra dictis  
patet, sacramenta instrumentaliter operantur ad  
spirituales effectus: instrumentum autem haber uitu-  
tatem a principali agente. Agens autem respectu sa-  
cramentorum est duplex, scilicet instituens sacramentum,  
& utens sacramento instituto applicando scilicet ip-  
sum ad inducendum effectum. Virtus autem sacra-  
menti non potest esse ab eo, qui uititur sacramento:  
quia non operatur nisi per modum ministerij: vnde  
relinquitur, quod uitrus sacramenti sit ab eo, qui in-  
stituit sacramentum. Cum igitur uitrus sacramenti  
sit a solo Deo, consequens est quod solus Deus sit  
sacramentorum institutor.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod illa, quæ agi-  
tur in sacramentis per homines instituta, non sunt  
de necessitate sacramenti: sed ad quandam solenni-  
tatem, quæ adhibetur sacramentis, ad excitandam  
deuotionem & reuerentiam in his, qui sacramenta  
suscipiunt. Ea vero, quæ sunt de necessitate sacramen-  
ti, ab ipso Christo instituta sunt, qui est Deus & ho-  
mo. & licet non sine omnia tradita in scripturis, ha-  
bet tamen ea ecclesia ex familiari Apostolorum tra-  
ditione, sicut Apostolus dicit primæ ad Cor. 11. Ce-  
tera cum venero, disponam.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod res sensibiles ap-  
plicandæ habent ad significandum spiritua-  
les effectus ex sua natura: sed ista aptitudo deter-  
minatur ad specialem significationem ex institu-  
tione diuina, & hoc est quod Hugo \* de sancto Vic. di-  
cit, quod sacramentum ex institutione significat.

**Alio** **art.** **tit.** Praelegit tamen Deus quandam res alias ad significa-  
tiones sacramentales, non quia ad eas contrahatur  
eius\* effectus, sed ut sit conuenientior significatio.

**AD TERTIUM** dicendum, quod Apostoli, & eoru-  
successores, sunt uicarii Dei, quātum ad regimen ec-  
clesiæ, constituta per fidem & fidei sacramenta: un-  
de sicut non licet eis constituere aliam ecclasiæ,  
ita non licet eis tradere aliam fidem, neque institue-

**Lib. 1. de fa-**  
**gra. p. 9. c. 2.**

**¶ 4** **Præterea.**

**¶ 5** **Præterea.**

busdam significationibus delecte-  
atur, & non alius: quia ipse omnia  
quæ fecit, approbat. Hoc autem  
proprium uidetur esse dæmonū,  
ut quibusdam signis ad aliquid al-  
liciantar: dicit enim August. \* 21.  
de Ciuitat. Def. illi cunctur dæmo-  
nes per creaturas, quas non ipsi,  
sed Deus condidit, delectabilibus  
pro sua diuinitate diuersis, non  
ut animalia cibis, sed ut spiritus  
signis, non ergo uidetur quod sa-  
cramenta indigeant esse ex insti-  
tutione diuina.

**¶ realia sacramenta, sed per sacramenta, quæ de latere  
Christi pendens in cruce fluxerunt, dicitur esse fa-  
bricata ecclesia Christi.**

### ARTICVLVS III.

**Vtrum Christus, secundum quod ho-  
mo, habuerit potestatem operan-  
di interiore effectum sacramen-  
tum.**

**¶ Super Questionis  
sexagesimaquarta Ar-  
ticulum tertium.**

**T**ulus clausus  
est.

**In corpore v-**  
na est confluo, ha-  
bens tres partes: Chri-  
stus, in quantum Deus,  
habet potestatem au-  
toritatis in sacramen-  
to: in quantum uero  
homo, habet potest  
tem ministeri prin-  
cipalis, sive potest  
tem excellentiae, con-  
sistentem in quacun-  
que. Conclusio haec, quia  
de potestate loquuntur  
(de qua quatuor  
est in titulo) & potes-  
tate per actum cognoscitur: ideo ab opera  
tione in litera mani-  
festatur. Et quo ad  
primam quidem par-  
tem, quia Deus aucto-  
ritatem operatur:  
quo ad secundam ue-  
ro, quia Christus, se-  
cundum quod homo, ha-  
buerit potestatem, interiore effectum  
sacramentorum, cauſandi.

**¶ 2** **Præterea.** Matth. 9. Dominus  
dicit, Scias, quia filius hominis  
habet potestatem in terra dimi-  
tendi peccata sed remissio pecca-  
torum est interior effectus sacra-  
menti. ergo uidetur quod Christus  
secundum quod homo, in-  
terior effectum sacramen-  
torum operatur.

**¶ 3** **Præterea.** Institutio sacra-  
mentorum pertinet ad eum, qui tam  
quam principale agens operatur  
ad interiore sacramenti effectum:  
manifestum est autem, quod Christus  
sacramenta instituit. ergo ip-  
se est, qui interius operatur sacra-  
mentorum effectum.

**¶ 4** **Præterea.** Nullus potest sine sa-  
cramento effectum sacramenti  
conferre, nisi propria uitute sa-  
cramenti effectum operetur: sed  
Christus sine sacramento contu-  
lit sacramenti effectum, ut pater  
in Magdalena, cui dixit, Dimit-  
tibi peccata. ergo uidetur quod  
Christus, secundum quod homo,  
operetur interiore sacramenti  
effectum.

**¶ 5** **Præterea.** Illud, in cuius uitute sacramentum o-  
peratur, est principale agens ad interiore effectum:  
sed sacramenta habent uitutem ex passione Christi,  
& inuocatione nominis eius, secundum illud pri-  
ma ad Cor. 1. Nūquid Paulus pro nobis crucifixus  
est, aut in noi Pauli baptizati est? ergo Christus in-  
quāt hō, operatur interiore effectu sacramenti,

**SED**

*ab eis t. 1.1. Multa  
secularia, s.  
me. illius.  
Simile habet  
Aug. d. c.  
tra Donati  
ca. o. med.  
1807.*

SED CONTRA est, quod Aug. \* dicit, quod in sacramentis diuina uirtus secretius operatur salutem. Diuina autem uirtus est Christi, secundum quod est Deus, non autem secundum quod est homo. ergo Christus non operatur interiorum sacramentorum, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus.

RESPON. Dicendum, quod interiorum sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quod est Deus, & secundum quod est homo, aliter tam & aliter. Nam secundum quod est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem: secundum autem quod est homo, operatur ad interiores esse eius sacramentorum meritorie & efficienter, sed instrumentaliter. Dicitur est \* enim, quod passio Christi, qua competit ei secundum humanam natum causam est nostrae iustificationis, & meritorie & efficientie, non quidem per modum principalis agentis, sive per auctoritatem, sed per modum instrumenti, in quantum humanitas est instrumentum divinitatis eius, ut supra dictum est. \* Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitatis in persona, habet quandam principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri ecclesiae, ut ex supradictis patet. † Et ideo sicut Christus in quantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis, ita in quantum homo, habet potestatem ministerii principalis, sive potestatem excellentiae: qua quidem consistit in quo. Primo quidem in hoc, quod meritum & uirtus passionis eius operatur in sacramentis, ut supra dictum est. † Et quia uirtus passionis copulatur nobis per fidem (secundum illud Roman. 3). Quem populus Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius quam fidem per invocationem nominis Christi protelamur, ideo secundo ad potestatem excellentiæ, quam Christus habet in sacramentis, pertinet quod in eius nomine sacramenta sanctificatur. Et quia ex eius institutione sacramenta uirtutem obtinent, inde est quod tertio ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quod ipse qui dedit uirtutem sacramentis, potuit instituire sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius ex causa, quanto ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quod ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre. Et per hoc patet responsio ad obiecta: utraque enim pars obiectorum, secundum aliquid uera est, ut dictum est. †

*Quaest. Questionis,  
seceunda in quaest.  
articulus quartus.*

ARTICVLVS I V. I  
Vtrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.

*Art. 4. In corpore una  
art. 5. distinguebitur bimembris  
3. quidam de duplice potestate  
art. 6. auctoritatis scilicet,  
et excellentiae, et cum diuibus concludens. Quartum  
art. 7. prima est negativa,  
scilicet, Christus potuerit auctoritatem auctoritatis, et excellentiae, et cum diuibus concludens. Secunda est: Christus potestatē excellentiae.*

A DV QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus potestatē suam quam habuit in sacramentis, non potuerit ministris communicare: ut enim argumentatur Augu. \* contra Max. Si potuit & non uoluit, inuidus fuit: sed inuidia lōge fuit a Christo, in quo fuit summa plenitudo charitatis. ergo cum Christus nō comunicauerit suam potestatē ministris, uidetur quod non potuerit communicare.

¶ 2 Praterca. Super illud Ioa. 14.

A Maiora horum faciet, dicit Augustinus: Prorsus maius hoc esse dixerim, scilicet ut ex impij iustus fiat, quam creare cœlum, & terrā: sed Christus non potuit communicare discipulis, quod crearent cœlum, & terram. ergo neque φ iustificarent impium: cum igitur iustificatio impij fiat per potestatem Christi, quam habet in sacramentis, uidetur quod potestatē suam, quam in sacramentis habuit, non potuerit ministris communicare.

¶ 3 Praterca. Christo in quantum est caput ecclesiae, competit ut ab ipso gratia deriuatur ad alios, secundum illud Ioannis primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed hoc non sicut aliis communicabile: quia sic ecclesia est monstruosa, multa capita habens. ergo uidetur, quod Christus potestatē suam non potuerit ministris communicare.

C SED CONTRA est, quod super illud Ioann. \* primo. Ego nesciebam eū, dicit Augustinus quod non nouerat potestatē baptismi. ipsum dominum habiturum, & sibi retenturum: hoc autem non ignorasset Ioannes. si talis potestas communicabilis non esset, potuit ergo suam potestatē Christus ministris communicare.

D R E S P O N. Dicendum, quod sicut dictum est. † Christus in sacramentis habuit duplē potestatē: unam auctoritatis, quæ competit ei secundum quod Deus, & talis potestatē nulli creaturæ potuit communicari, sicut nec diuina essentia. Aliam potestatē habuit excellentiae: quæ competit ei secundum quod homo. & talem potestatē potuit ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ut ad invocationem nominum ipsorum, sanctificantur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituire, & sine rito sacramentorum effectum sacramentorum conferte solo imperio: habes enim hic, quod potestas conferendi gratiam communicabilis est homini, principali enim & communis sacramentorum effectus est gratia, ut superioris patet: & idem apparet hic in repositione ad tertium, si recte conferatur cum argumento.

E A R E P R E C E D. B DV QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus potestatē suam quam habuit in sacramentis, non potuerit ministris communicare: ut enim argumentatur Augu. \* contra Max. Si potuit & non uoluit, inuidus fuit: sed inuidia lōge fuit a Christo, in quo fuit summa plenitudo charitatis. ergo cum Christus nō comunicauerit suam potestatē ministris, uidetur quod non potuerit communicare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus nō ex inuidia prætermisit potestatē excellentiae, ecclesiæ ministris communicare, sed propter fideliū utilitatem, ne in homine spem poneret, & ne essent diuersa sacramenta. Ex quibus diuisio in ecclesia operaretur: sicut apud illos, qui dicebant, ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cepha, ut dicitur primæ ad Corinth. 1.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de potestate auctoritatis, quæ conuenit Christo

potuit communica-  
re. Declarat & probatur. Declaratur  
io. i. o. m-  
quidem numerando  
singula, in quibus  
confitit potestas ex  
celentia. Probatur  
autem: quia instrumentum  
coniunctum, quanto  
virtuosus  
est, tanto plus po-  
test imprimer in in-  
strumentum lepara-  
tum, quod manifes-  
tatur in manu &  
baculo.

¶ 3 Praterca. Christo in quantum est caput ecclesiae, competit ut ab ipso gratia deriuatur ad alios, secundum illud Ioannis primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed hoc non sicut aliis communicabile: quia sic ecclesia est monstruosa, multa capita habens. ergo uidetur, quod Christus potestatē suam non potuerit ministris communicare.

D Adverte huc primo, qd Aucto. hoc in loco solvit qua-  
stionem motu a Ma-  
gistro sentent. in 5.  
diffin. quarti, & ab  
eodem minus foli-  
ta meliorique indi-  
cio refuta am.

Adverte hunc, qd

Aucto. formali-

te Christo habet

te potestatē excel-  
lentia loqui: & pro-

pere non ex potes-

tate humana, sed ex

potestatē instrumen-

ti coniuncti potestā

communicandi pro-

baut.

Adverte tertio,

aucto. expresse

hī dicere, qd Chri-

stus potuit communi-

care homini pa-

ro, ut sacramentū

effectū conferret

solo imperio: habes

enim hic, qd potes-

tas conferendi gra-

tiam communicabi-

lis est homini, pri-

ncipalis enim & co-

muniis sacramento-

rum effectus est gra-

zia, ut superius pa-

tet: & idem apparet

hic in repositione

ad tertium, si recte

conferatur cum ar-

gumento.

Tracta. 5. in.

Evang. Ioa.

non multum

ante med.

to. 9.